



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

2.  
✓  
E P I C E D I O N

# IN OBITVM

VIRI CLARISS: D<sup>r</sup> PE<sup>r</sup>

TRI LOTICHII SECVNDI POETAE  
Franci, Professione Philosophi, & Medici  
Doctoris in Academia Hey-  
delbergensi,

À  
Georgio Mario VVirzeburgense P. & M. Docto-  
re Ambergæ scriptum ad Clarissimum I. V. Docto-  
rem IOANNEM GNODIVM, Illustriss: Pala-  
tino Rheni & Bauariæ Principi  
Electori ibidem à con-  
silijs.

Adiectum est Iohannis Posthij de eiusdem  
obitu Carmen.

HEIDELBERGAE  
Excudebat Ludouicus Lucius.  
M. D. LXI.

5

IN OMNIBUS

ANIMIS

ET IN OMNIBUS

VERBIS

ET IN OMNIBUS

ACTIBUS

ET IN OMNIBUS

MODIS

ET IN OMNIBUS

TEMPORIBUS

ET IN OMNIBUS

LOCIS

ET IN OMNIBUS

REBUS

ET IN OMNIBUS

STATIBUS

ET IN OMNIBUS

MODIS

ET IN OMNIBUS

REBUS

ET IN OMNIBUS

STATIBUS

ET IN OMNIBUS

MODIS

u  
f  
p  
a  
a  
g  
t  
m  
p  
te  
m  
to



CLARISS: ET PRVDENTISS: I. V.  
*Doctori Domino IOANNI CNODIO, Illust:  
Palatino Rheni, atq; Bauariae Duci  
& Electori à consilijs Am-  
berga.*

CVM uel indignitate rei commotus, uir  
clarissime, uel ea quam Lotichio tan-  
to uiro debui gratitudine, hunc festinatum  
scriptorum foetum meo assensu in lucem  
prodire concederem (nam reliquorum ille  
ius omnium meorū obtinuerat) rogauī ty-  
pographum, ut in eo partu compatrem te  
accerferet, q̄ in uita functi loco posthac te  
amandum, colendumq; censeam, cuius tu  
quidem ita studiosus eras, sicut ille suo in-  
genio, uirtute, & medendi arte benè meri-  
tus. Quare si postliminio quodā me illius  
memoriam repraesentare putaueris, uolo  
quantum mea tenuitas, sed erga quiescen-  
tem gratitudo fert, tibi significationē ani-  
mi mei, & conatū uindicandæ mortis, tan-  
tò magis probari, quantò tu omni philoso-  
phia & prudentia clarus rectius de his  
iudicare, & me (si dignus) a-  
mare etiam potes:

Vale.

a 2

Pijs

PIIS MANIBVS.



On te Dædaleis inimica suis La  
byrinthis  
Monstra Philippe unum di  
laniare solent.

Quin etiam iuuenem (quis non fleat) inuida  
fata

Te flore in medio uiuere Petre uetant.

An credam CNOIDI legum doctissime famæ?

An credã, flexit carmine qui Lachesin?

Dij melius: nos ô præfagia consternarunt,

Pace tua: ô isthæc uera minus fuerint.

Sed tua me uirtus, dolor & tuus, atq; aliorũ

Murmura cũ gemitu credere uera iubet.

O frustra occurris, cui scribam flebile primũ

Carmen, & heus alio munere dignus eras.

Immeritò occurris tu, qui mihi munera uitæ

Sequana cùm quarto mergeret amne da-  
bas.

Et tibi, cùm dextram subterlabentibus undis

Obiyceres, moles magna ruina fuit.

Da ueniam, potius me fata nocentia iurè

Debuerant doctas obruere inter aquas.

Quàm

Quàm sine te solum tantis superesse periclis,  
• In fontem casus discere iuridicos.  
Quàm te non culto lugerem carmine cuius  
Iudicio certè doctior esse queam.  
Unius qualis deducens funera nati  
Mater funestis ingemit ad tumulos.  
Non mihi sic duro pereas in funere totus,  
Qui modo te caro subtrahis è gremio.  
Nec prius à nobis tam dulcia declinabis  
Lumina, quàm totis exaturer lacrymis.  
At tu (quod memini) solatia uana fouebas,  
Carmina quæ noster suppeditasset hymen.  
Aut fore sperabas, ut lata per æquora uecti  
Unanimes uarium conficeremus iter.  
Et modo Celtarūq; scholas, & Apollinis arua  
Compelij, æstiuo non adeunda cane.  
Phocaicosq; sinus maris, & Marsilia Tempe  
Spes ut nunc iterum conspiceremus erat.  
Insubros quando, & Venetas iterabimus un-  
das?  
Dicebas, passos nos grauiora manent.  
Illic sex studijs quamuis coniunximus annos,  
Nunc Ida, & nobis Creta uidenda uenit.

Nam uelut immissum maturo tempore se-  
men

Emergit leto parturiente solo:

Atq; alia sensim mansuescit uiuere terra,

Hinc grati fructus copia magna uenit:

Sic est ingenio, ualidas quod tempore uires

Exercetq; animum si moueare loco.

Sume Dioscoridis peregrini scripta laboris,

Quale iter ut uiuas magne Galene subis.

Sic tu non poteras contentus uiuere tanto

Ingenio, at longa deditus esse uia.

Non contentus eras, linguis nisi sic fulgeres,

Ut posses Arabum uertere barbariem.

Integram & medicis sine falsi crimine libris

Artem tam docto pectore restituas.

Nunc laudis merces isthæc sudore petita,

Et desiderij gloria nulla tui?

Ite alio Musa, quando spe fallimur, ite,

Pectora sancta alio sollicitate modo.

Ah uestri ualeant tituli, ualeatis honores,

Ah nisi Sirenum naufraga puppis erunt.

Lethaliq; animam succo releuare putatis,

Sedibus æthereis ceu fluat ille furor.

Hinc



Hinc iuuenum teneras capiunt latamina  
mentes,

Nam uestri in senio uix erit ullus amor.  
At nos nō patriam, dulcesq; relinquere ma-  
tres,

Aut puduit dominae deseruisse sinum.

Non ignes, non exilium, non terra, fretumq;  
Insomnes noctes pallida cura mouent.

Uestra ubi lethiferi gustamus pocula Bacchi,  
Tanta subit cæcis gloria pectoribus. (sta.

Parce anime ô Diuis, gemituq; doloribus ob-  
Heu mihi nō lacrymæ iura medētis habēt.

Qualis erat? quæ nunc animo obuersatur i-  
mago?

Squalida: Et hæc sancta ô uiscera mortis  
erunt?

Dij quorū est animas dulci coniungere nexu,  
Quod uobis uisum est unam animam esse  
duas.

Si benè concordēs studijs traduximus æuum,  
Sentiāt has lacrymas pectoris esse sui.

Et me, qui frater, qui dux, qui mi suus ipse  
Quo maior fuerat carior excipiat.

Sit tibi dulce tamen, sancto dum uiuis Olym-  
Et nostros casus carmina uestra loqui. (po,  
Dum memoro quibus in terris tua cognita  
uirtus,

Fœcundum ingenium quot stupere uiri.  
Ille tibi assurgens, Germana industria pubis,  
Testis (iã uester) non' ne Melanthon erit?  
Et qui te coluere, quibus sunt credita Regum  
Membra, senex Scyron, Syluaq<sub>3</sub>, Rondole  
tus.

Et qui Romulei facundi nominis hæres  
In summo luctu nunc Amasæus erit.  
Ah sic Felsinea nūquam tibi uiuere in urbe  
Obfuerit, quanta hinc & dolor & lacry-  
Infaustos Soles, atq<sub>3</sub> infelicia signa (ma.  
Quod peregrina à me forte petēda domus.  
Hospicium Circes, ah philtrea parata sodali,  
Ius nam pingue minus dum petis alterius,  
Atq<sub>3</sub> offam canibus, dum se inde remittere  
feruor

Incipiat, iacis, & quod reliquū ipse bibis:  
Protinus in rabiem canis atrā soluitur, at tu  
Sensisti uirus iam penetrasse uias

Vix

Vix te tot uomitus, uix ipsa salubria Ghini  
Pocula post aliquot tempora restitunt.  
Tum nostramq<sup>3</sup> fidem memoras, gentisq<sup>3</sup> nefandum

Incusas facinus, & tua damna doles.

Hinc fuit hoc solitum uirus remeare quotan-  
Authoris dignū membra subire sua. (nis,  
Ah minus à me in perniciem modo diuertis-  
Alterius poteras sine carere tuo. (ses,

Nos uelut una domus, sic concors lectulus u-  
Seruassetq<sup>3</sup> ambos cū pietate salus. (nus,  
O seruos homines, quæ nos prudentia fatis  
Eripiet? sapiens quis satis esse potest?

Non sat erat miseros putri tellure creatos,  
Et nudos, duram & uiuere pauperiem.

Quin etiam tennes animas caligine rerum  
Obruere, aut casus posse cauere suos.

Scorpius in primo nascenti lucidus ortu

Ah fuerat uitæ stella inimica tuæ.

Infelix monstrum, quo non uirosius ullum,

Quod cælum, atq<sup>3</sup> ipsi pertimere Dei.

Sed tunc incertam uitabas funeris horam,

Et tibi cura tui sobria semper erat.

a 5 Nunc

Nunc tibi quo casu fuerint sic tristia fata  
Nescio, & hoc ipso durius excrucior.  
Quicquid erit, dolor ô dolor, immedicabile vi-  
rus

Hoc fuit, haud causas, haud ego uerba uolo.  
Tu modo tam cultus tenerorum scriptor a-  
morum?

Cui puer has pharetras, cui charites Ve-  
nerem?

Tu' ne etiam pater herbarum, & medicami-  
nis author,

Ipsè etiam Musæ deseruere suum?

Illibate iaces, te nullo pollice Flora

Carpsit, uere nouo ceu peritura rosa.

Ah saltem antè diem tam rari sanguinis hæ-  
res

Lusisset uultus paruulus ante tuos.

Pensarem meritis neglectū quod foret in te,

Auxiliatrices porrigeremq; manus.

Et fuerat nostris morbus sanabilis herbis,

Cum nos Uangionum finibus excieras.

Adfuit ipse tibi medicorum gloria Langus

Nunc, & Apollinea Curio clarus ope.

O

O utinam praesens etiam nunc ipse fuisset,  
Et te spectassem deficiente animo.  
Tunc ego supplicibus commossem numina uo  
Ut uita, nobis sic foret una dies. (tis,  
Quid mihi nunc Musa, quae restent gaudia  
nobis?  
Nunc etiam indictus te sine flebit Hymen.  
Quem mea posteritas talem sperabit amicū?  
Si modo spes tandem posteritatis erit.  
Quis sub iudicium limae mea scripta uocabit?  
Heu mihi tam' ne breui tot periere bona?  
Artes inuisae, quae (dum gemo fata sodalis)  
Sentitis uires mentis abire mea.  
Libri o inuisi libri monumenta sodalis,  
Qui cultu soliti pascere mentem animi.  
Quando erit aeterno uos carmina digna co-  
thurno  
Dicere, & hanc animam tecum habitare  
simul?  
Sed bene habet, uideo maiore insurgere lau-  
Te fleri Heroo, Pindaricoq; modo. (dem,  
Te populari animo graeci Camerarius oris  
Petre Sophoclaea dixerit ante tuba.

Et

Et tibi longinquis, quibus es laudatus in oris  
Gallia dat violas, Itala terra rosas.  
Musa Palatinum mater doctissima Regum  
Tecta caput, tundens pectora uerberibus,  
Nigrinis sociata Deis, comitataq; Rheno,  
Communi in luctu talia uerba dedit:  
Dignum laude mori, & clarum iuuenilibus  
annis  
Et dolor, & iuris regula nostra uetant.  
Quo mortalis erat resolutus carcere, mando,  
Phœbe tui Assyrio corpora odore para.  
Sit sacer hic, & sancta habitati numinis aula,  
Quin te & custodem post obitum instituo.  
Qua mihi parte fuit iunctus per secula uiuat,  
Hunc tu Religio posteritate bea.  
Exemplo & miseris mortalibus esse canuto,  
Ut sint qui simili nos pietate colant.  
Si quid adhuc restat, uestrum est memorare  
sorores,  
Aeternum aeternis plausibus excipite.  
Dixerat, at diuum tumulo circumfluit aether,  
Et resonant leto templa canora sono.

At

At custos Phœbus subscripsit: Gloria Petrus  
Carminis & medicæ posteritatis erit.  
Tu quoq<sup>2</sup> uim Cnodi lacrymæ compesce, nec  
unquam  
Fama malum nobis (heu nimis) ulla ferat.  
FINIS.

NICOLAO RVDINGERO POE-  
tæ suauiss. Iohannes Posthius Ger-  
mershemius, S.



*I*m mortale nouem decus soro-  
rum  
Rudingere, mihi meis ocellis,  
Et cara quoq<sup>3</sup> carior salute,  
Dum te carmina melle dulciora  
Pater Mœnus amœnitatis audit  
Amœnas cithara sonare ad undas:  
Tristi nos Lachesis ferox fatigat  
Casu, gaudia datq<sup>3</sup> nostra pessum.  
Quando gloria sempiterna Phœbi,  
Et Mæchaonia decus Palæstra,  
Cui Muses citharam, & suos lepores  
Dij boni dederant, amabiliq<sup>3</sup>  
Versu posse hominum elegantiorum

Mentes

Mentes pascere, pallidosq<sup>3</sup> morbos  
Succis, atq<sup>3</sup> potentibus leuare  
Herbis, uimq<sup>3</sup> citi impedire fati:  
Ille nunc rapido, maloq<sup>3</sup> raptus  
Fato Lotichius Nicri dolentis  
Ripa conditur, omnibusq<sup>3</sup> longum  
Heu desiderium sui relinquit:  
Et mihi ante alios, cui solebat  
Ad sacros Aganippidum recessus  
Et dux & comes ire, quæ susurro  
Fons intactus amabili per hortos  
Cœlestes fugit, educatq<sup>3</sup> Musis  
Lauros, & uiolas recentiores.  
Ergo (quando quidem meo parente  
Hic iam destituor, meoq<sup>3</sup> Phæbo)  
Nicer care uale, ualete colles  
Amati, unanimes ualete amici,  
Dulcis turba sodalium ualeto:  
Hinc longè ad Viadri profectus amnem  
Uatis hospicium petam Sabini,  
Quo nec cultior alter est Poëta,  
Nec legum magis alter est peritus,  
Hoc ducente Heliconios reuisam

Saltus



3.  
2.

Saltus, Pieridum choroq<sub>3</sub> mistus  
Aeternam capiti meo coronam  
Ex lauro, atq<sub>3</sub> hederā uirente texam.  
Eheu quid paro? dum loquor, citato  
Tristis fama Nicrum petens uolatu  
Sabinum quoq<sub>3</sub> nunciat fuisse.  
Iam Musas, & Apollinem, sacrosq<sub>3</sub>  
Cogor deserere heu miser liquores.  
Iam nec lanificas mihi puellas  
Spes est uincere, ferreumq<sub>3</sub> pensum:  
Plebeio sed auara cū sepulchro  
Extinctum Libitina me reponet,  
Nullum extabit opus mei laboris,  
Quod seri manibus terant nepotes,  
Speratumq<sub>3</sub> mihi ferant honorem.  
At tu, delicia nouem sororum,  
Cui pater sua sacra Phœbus ultrò  
Donat, & numeros uenustiores,  
Rudingere uenuste, perge celsa  
Clarum in arce tuum sacrare nomen,  
Ut te suspiciant loco minores  
Illustri positum, tuamq<sub>3</sub> summis  
Aequent sideribus, poloq<sub>3</sub> famam.

FINIS.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is significantly faded and obscured by water damage.



Nov 1996

8

ULB Halle 3  
 002 063 808



nicht aufg., da unvollst. u.  
nicht zu ermitteln!


28 a / 50 1996 |

VB 17

M







EPICEDION  
IN OBITVM  
VIRI CLARISS: D▷ PE▷  
TRI LOTICHII SECVNDI POETAE  
Franci, Professione Philosophi, & Medici  
Doctoris in Academia Hey-  
delbergensi,

*À*  
Georgio Mario VVirzeburgense P. & M. Docto-  
re Ambergæ scriptum ad Clarissimum I. V. Docto-  
rem IOANNEM CNODIVM, Illustriss: Pala-  
tino Rheni & Bauariæ Principi  
Electori ibidem à con-  
silijs.

*Adiectum est Iohannis Posthij de eiusdem  
obitu Carmen.*

HEIDELBERGAE  
Excudebat Ludouicus Lucius.  
M. D. LXI.